corpus esse, quod et defertur, et perdurat, longe a primo se habens. Quod si dicant corpus utique esse hoc, quod de loco ad locum fertur, agere tamen per spiritualem qualitatem, profecto et ad non necessaria recurrunt, et inconveniens assignant: si enim recte definita contagio est, oportet tale in secundo fieri, quale in primo fuit, et idem esse in utroque principium, idemque et in quarto, et quinto, et in aliis, quæ contagionem recipiunt: tale autem non potest facere ullum spiritualium per se, per accidens quidem nihil prohibet spiritualia enecare, te

certains principes contraires; ce que la fétidité peut faire, et la vue de l'animal appelé catablepha (voir les Sympathies); mais les esprits ne peuvent engendrer quelque chose de tel dans le second qui était dans le premier. Car toute génération se fait par des qualités premières. Dans ces contagions, non seulement il faut qu'il se produise de la putréfaction, il faut encore que des germes primitifs naissent et se propagent d'autres germes qui leurs soient semblables et par leur nature et par leur combinaison, comme dans l'organisme les esprits engendrent du sang d'autres esprits semblables à eux. Ce qu'aucune des qualités spirituelles ne peut faire par elle-même. C'est pour cela que dans les contagions qui se font à distance, nous devons penser qu'il y a un principe commun, le même que pour les autres contagions, et que le mode d'infection doit être le même et cela grâce à des qualités

dissolvere etiam mistionem aliquam fugando quædam contraria, quod et fœtor facere potest, et Catablephæ animalis aspectus (ut dictum in sympathiis fuit); generare autem tale in secundo, quale in primo fuit, non possunt spiritualia, generatio enim omnis per primas fit qualitates. Oportet autem in hisce contagionibus non putrefactionem solum fieri, sed a primis seminariis et alia quoque gigni, et propagari, quæ ipsis similia natura sint, et mistione, non aliter, quam spiritus in animali è sanguine solent alios sibi consimiles generare, quod spiritualium nullum efficere per se potest; quam ob causam et in contagionibus, quæ ad distans fiunt, idem esse commune principium, et eumdem inficiendi modum per qualitates notas censen-

connues ce qui sans aucun doute a été l'opinion d'Aristote et de Galien.

Toutefois les germes de ces contagions diffèrent de ceux qui infectent par le contact seul et de ceux qui infectent seulement par l'intermédiaire d'un foyer. Mais auparavant disons de quelle façon ils sont portés à distance, comment ils paraissent se mouvoir dans l'univers, comment une si grande puissance leur a été donnée, comment il se fait que leur pénétration est si rapide; disons enfin quelles sont leurs analogies et enfin nous dirons quelle différence existe entre eux et les autres germes.

dum est, quod et Arist. et Galen. existimasse sine dubio videre possumus. Differunt autem harum contagionum seminaria et ab iis, quæ solo contactu afficiunt, et ab iis, quæ fomite solo : sed primum dicamus, quo pacto ad distans ferri possint, et quomodo in orbem moveri videantur, et qua ratione vim tantam sortita sint, et tam cito penetrent, et quales sint earum analogiæ, tum de num, quam differentiam habeant ad alia seminaria, diffiniemus.

CHAPITRE VII

COMMENT LES GERMES DES CONTAGIONS SONT TRANSPORTÉS
A DISTANCE ET DANS L'UNIVERS

Nous allons d'abord rechercher de quel mouvement sont agités ces germes de contagions quand — et cela est manifeste — ils sont transportés au loin et à distance au grand étonnement de tout le monde.

Il faut simplement examiner des phénomènes analogues qui nous étonnent moins. Qui penserait tout d'abord que l'oignon ou d'autres plantes puissent, même à distance, nous tirer des larmes; que le poivre, l'iris, la pirette provoquent l'éternuement, que le safran, que la jusquiame amènent le sommeil; que le maniement des métaux engendre l'apoplexie? Il faut bien croire que de ces différentes

CAPUT VII

QUOMODO SEMINARIA CONTAGIONUM AD DISTANS FERANTUR, ET IN ORBEM

Ergo illud in primis inquiramus, quo motu agantur seminaria i'la contagionum, quando longe, et ad eos, qui distant, ea ferri manifestum est, quod multi adeo mirantur. Est autem inter prima respiciendum ad consimilia, quo minus admirari possimus: quis putaret e cepe et alio lacrymas nobis vel e longinquo elici, e pipere, iride, ptharmica sternutamentum, e croco, solano stricno somnum conciliari tractatione metallicorum apoplecticum hominem fieri? exahalant nimirum ex

substances s'exhalent et se répandent de tous côtés des corps qui ne tombent pas sous nos sens, dont les modes d'action et les facultés sont divers. Cela est aussi très manifeste dans les corps qui se corrompent et sentent mauvais.

Le principe du mouvement de ces petits corps vers l'espace est en partie propre, en partie étranger. Comme principe propre, nous pouvons citer l'évaporation qui toute entière se porte en haut, comme cela se produit pour la fumée et beaucoup d'autres corps (car personne n'ignore que toute évaporation est chaude), comme principe étranger, la poussée en côté et enfin en bas, ce qui provient de deux causes : l'une est la résistance de l'air ou des objets environnants: meubles, etc. sur lesquels tombent les parties qui s'évaporent les premières. Quand elles ne peuvent êtres portées au delà, elles sont poussées sur les côtés par celles qui succèdent,

omnibus his ac circumquaque feruntur insensibilia corpora, quorum diversæ actiones sunt, et facultates : manifestissimum autem hoc apparet in iis, quæ corrumpuntur, et putrent. Principium autem motus eorum corpusculorum ad omnes partes partim quidem per se est, partim ab alio datur : per se igitur evaporatio omnis sursum fertur, quod et in fumo et aliis multis spectari potest, si quis nesciat evaporationem omnem calidam esse : ab alio autem accidit et in latus, et deorsum postremo pelli : quod præcipue duabus de causis evenit, altera est obsistentia aut aeris, aut tabulatorum, et ejusmodi, in quæ incidunt, quæ primum exhalant, partes : ubi igitur ultra ferri non possunt, pelluntur quidem et in latera ab iis, quæ succedunt,

et celles-ci par d'autres, jusqu'à ce qu'elles remplissent tout l'espace ambiant. — L'autre cause est l'air lui-même, qui divise toute évaporation si elle est ténue et bien soluble jusqu'aux parties les plus petites, jusqu'aux limites même de leur divisibilité

Et il est dans la nature des éléments et de tous les liquides de rechercher autant que possible une place convenable. La place la plus convenable pour eux existe quand les parties sont continues entre elles ou, si elles ne sont pas continues, quand elles sont aussi peu distantes que possible, car ainsi elles sont moins exposées aux violences (comme nous en avons donné des exemples dans le livre de la symphatie). Et c'est pour cela que l'air ambiant divise cette évaporation de plus en plus, jusqu'à ce qu'il arrive à des parties qui ne peuvent plus être ni divisées ni séparées. Il se fait alors que beaucoup d'air est rempli par l'innombrable division

et hæc ab aliis, donec accidat repleri totum : altera causa est aer ipse, qui evaporationem omnem, si tenuis sit, et bene solubilis, dividit usque etiam ad minimas et non ultra divisibiles partes : ea enim est elementorum, et liquidorum omnium natura, ut situm convenientem quærant, quantum possibile est : convenientissimus autem situs est, quum partes continuæ inter se sunt, aut, si continuæ esse non possunt, minus tamen inter se distent, quo possibile sit : sic enim minorem violentiam sustinent, ut in iis diximus, quæ de sympathia tradita sunt ? qua de causa aer continenter eam evaporationem dividit magis, et magis, donec ad eas veniat partes, quæ non ultra dividi, et separari possunt : facta igitur innumerabili illa divisione mul-

qui vient de se produire, et que partout autour il en est mélangé. Ce qui se voit très manifestement dans la fumée. - Aussi les évaporations qui se font autour des contagions sont répandues de toutes parts et occupent un grand volume d'air; et comme toute exhalation a tendance à une grande diffusion, il arrive qu'elles se portent d'abord plus en haut, puis en côté et enfin en bas. C'est ainsi que ceux qui cohabitent avec des gens affectés de maladies contagieuses peuvent être infectés par ces germes, germes qui peuvent être conservés non seulement dans un foyer, mais encore dans l'air pendant un certain temps, mais plus longtemps dans un foyer. Comment se fait-il qu'étant en si petite quantité ils ne soient pas altérés, exposés ainsi au milieu de l'air? C'est une première question que l'on se pose. Car quelle est la combinaison

tum aeris repleri accidit, et circumquaque misceri, quod et in fumo manifestissimum est videre. Propter has igitur causas, et quæ circa contagiones contingunt evaporationes, circumquaque feruntur, et aeris multum occupant, quoniam exhalatio omnis multum diffunditur, magis autem sursum, et primo, sed tamen mox et ad latera, et postremo deorsum accidit ferri: ac sic et cohabitantes possunt inficere seminaria hæc, et non solum in fomite, sed et in aere per certum tempus servari, diutius autem in fomite. Quo autem modo fiat, ut tam parvæ quantitatis existentia non alterentur saltem medio in aere exposita, priorem habet dubitationem: nam quæ tam fortis esse mistio potest in tam parva particula, ut in aere diu consistere valeant, presertim, quæ in duricie non constitunt? sed certe, quæ lenta

assez puissante dans une aussi petite particule qui puisse lui donner dans l'air une résistance aussi longue et qui ne consiste pas dans la dureté? Mais c'est la viscosité, la glutinosité qui font qu'un petit corps épais et glutineux pourra vivre aussi longtemps ou presque aussi longtemps que les corps durs.

Il y a trois choses qui font que les corps durs résistent aux altérations ambiantes: d'abord parce que, dans une petite quantité, ils ont plus de matière; ensuite que leurs principes terreux leur donnent plus de frigidité, et qu'enfin leur densité les rend plus difficilement raréfiables et vaporisables. Si les corps épais et visqueux n'ont pas les deux premières propriétés des corps durs au même dégré, ils les ont cependant en partie: quant à la troisième; il la possède non moins qu'eux. La même difficulté de vaporisation existe grâce à la ténacité des parties et à la combinaison constituée par des infiniment

sunt, et glutinosa, quamquam parvissima sint, possunt quidem si non omnino tantum, quantum dura, vivere, at paulo minus possunt. Dura quidem propter tria resistunt alterationibus maxime, et quod in pauca quantitate plus habent materiæ, et quod propter terram plus habent frigiditatis, et quod partes non bene subtiliari et rarefieri possunt propter densitatem: quod fieri oportet, si caliditas induci debet: priora igitur duo et si lenta non habent æque, ac dura, attamen in parte habent et ipsa: tertium vero habent non minus, quam dura, hoc est difficultatem subtiliationis propter partium tenacitatem, et quod mistio e valde minimis constat: tenacitas enim facit,

petits. La ténacité fait qu'une partie se sépare difficilement de l'autre; la combinaison constituée par des infiniment petits bien unis resiste très bien à toutes les altérations. Car, si la raréfaction voulait se faire, aussitôt les parties terreuses sont là qui l'empêchent, placées tout près de chaque particule; de même pour la condensation, ce sont les parties ignées qui, à cause de leur voisinage s'y opposent. C'est pour cela que non seulement les corps durs, mais les corps visqueux, se défendent de beaucoup d'altérations, pourvu qu'elles soient médiocres; ils ne supportent pas les altérations puissantes. Ainsi les germes de toutes les contagions sont consumés par le feu, et détruits par l'eau très froide. Que si quelqu'un plus curieux me demande pourquoi ces germes ne subissent pas au moins une altération intrinsèque puisqu'ils sont composés d'éléments divers, qu'il sache que cela n'est pas propre à ces

ut pars non facile secedat a parte, mistio vero e quam minimis facta bene unitis adversus alterationes omnes valet: quoniam si rarefieri oporteat, statim præsto sunt partes terræ, quæ prohibeant, juxta quodlibet minimum sitæ, si vero densari necesse sit, præsto sunt ignis partes propter propinquitatem, quæ similiter obstent: qua de causa non solum dura, sed et lenta sese defendunt ab alterationibus multis, si mediocres sint, magnas autem non ferunt: propter quod et ab igne absumuntur seminaria omnium contagionum, et ab aqua etiam frigidissima franguntur. Quod si curiosior quispiam illud quærat, cur intrinsece saltem non alterentur hæc seminaria, quum e diversis sint mista, sciat ille non esse hanc solis seminarius

seuls germes, mais commun à beaucoup d'autres substances telles que le poivre, la chaux, l'euphorbe, la pierre pyrrhite, les métaux et d'autres corps encore qui, quoique constitués par des éléments divers, ne subissent aucune altération intrinsèque, ou alors une altération peu appréciable, mais se conservent intacts pendant beaucoup d'années, au point qu'on s'étonne de voir des pierres durer mille et deux mille ans. La raison de tout cela est que la combinaison, quoiqu'elle soit constituée d'éléments divers, est réduite à des particules si petites, que leur petitesse ne leur permet pas d'avoir entre elles un excès qui demande à entrer en action. Aussi, tant que la combinaison reste dans ces conditions-là, tant que les parties ignées sont séparées, dispersées et ensevelies dans les autres, aucune altération intrinsèque ne se produit. C'est pourquoi le poivre, l'euphorbe et autres corps analogues sont froids à la

propriam quæstionem, sed et aliis multis communem, ut piperi, calci, euphorbio, pyrrhiti lapidi, et metallicis, et aliis pluribus quæ quum e diversis sint mista, alterationem tamen nullam intrinsecus, aut nullius momenti patiuntur, sed annos multos immutata perseverant, ut mirum sit lapides annos mille, et duo millia durare. Causa omnium est, quod mistio, quæ e diversis fit, ad tam minimas particulas redacta est, quod propter parvitatem excessum non habent particulæ inter se illum, qui requiritur ad agendum: qua de causa dum mistio illa eo pacto perstat, dum igneæ partes separatæ sunt, et dispersæ, sepultæque in aliis, alteratio nulla introrsum fit: quare et piper, et euphorbium, et reliqua tractata manibus frigida sentiuntur; at

main quand on les touche, mais, dès que pour une raison ou pour une autre cette combinaison est dissoute et changée et que les parties de même essence se réunissent en une seule et acquièrent une plus grande quantité et une plus grande puissance d'action, alors elles deviennent actives, si bien que la chaux, le poivre et l'euphorbe donnent déjà une sensation de chaleur quand, auparavant, ils étaient seulement chauds en puissance; l'action les faisant se comporter différemment. C'est aussi pour la même raison que les germes ne subissent pas d'altération intrinsèque, quoique leur combinaison soit constituée d'éléments divers. Qu'il y ait autant de puissance dans un si petit volume, la foudre nous le montre elle-même qui n'est que de la vapeur ; les particules très petites, et échappant à notre vue d'euphorbe, de poivre et de corps semblables, et auxquelles une si grande puissance a été donnée par la

ubi casu aliquo mistio illa solvitur, et mutatur, et partes, quæ ejusdem rationis sunt, in unum coeunt, et majorem quantitatem, et potentiam ad agendum acquirunt, tum actu fiunt, et agunt jam : unde et calx, et piper, et euphorbium jam calida percipiuntur, quum prius potentia solum calida essent, actu vero aliter se habentia : propter eamdem causam nec seminaria intrinsecus sese alterant, quanquam e diversis constent, utpote mista. Quod autem in tam pauca quantitate vis multa inesse possit, declarat fulgur, quod non aliud est quam vapor : declarant et euphorbii et piperis, et similium particulæ minimæ et effugientes visum, quibus tanta vis a natura tributa est : adeo refert ignem in materia densa contineri, quanquam parva sit.

nature nous le montrent également. Il suffit que le feu soit contenu dans une matière dense, peu importe qu'elle soit petite.

Tels sont les germes des contagions; tous par eux-mêmes sont vifs, quoique constitués d'une facon épaisse et visqueuse; eux aussi deviennent actifs à la chaleur de l'animal qui subtilise leur combinaison et unit les parties semblables; tels en effet, ces germes ont une grande puissance contre les humeurs et les esprits, aussi peuvent-ils causer la mort en peu d'heures s'ils ont de l'analogie avec les esprits; - point sur lequel nous nous étendrons bientôt plus longuement. Ces mêmes germes peuvent être éjaculés d'yeux malades dans l'œil d'un autre individu et y porter une infection absolument semblable (ce qui n'est pas une vision, mais un vice dans l'œil). Qu'ils pénètrent dans l'organisme et quelques-uns si rapidement, personne ne doit s'en étonner si on considère leur mode de

Talia quoque sunt seminaria contagionum, omnia enim acria per se sunt, quanquam in lentore constituta, quæ et ipsa actu funt a calore animalis subtiliante eam mistionem, et uniente partes consimiles: talia autem ad humores et spiritus non parvam potentiam habent, quare et perdere etiam possunt paucis horis, si ad spiritus analoga sint: de quo mox largius dicemus. Eadem et ex oculis lippientibus ejaculari possunt in alterius oculum, et consimilem infectionem inferre, quæ visio quidem non est, sed vitium in oculo. Quod autem in animal penetrent et nonnulla citissime nemo mirari debet, si modum quo ingrediuntur, consideret: ingrediunturautem e parvis poris,

progression. Ils vont des petits pores, des petites veines et des petites artères à de plus grands, et de ceux-ci dans d'autres, et souvent aussi jusqu'au cœur.

Un premier mode de pénétration se fait par propagation et comme par rejeton. Les premiers germes qui ont adhéré des humeurs voisines à celles qui ont pour eux de l'analogie engendrent d'autres germes semblables à eux, les propagent, et ceux-ci d'autres jusqu'à ce que la masse tout entière des humeurs en soit infectée. Un second mode se fait par l'attraction qui se produit intérieurement à l'inspiration par l'haleine, et aussi par la dilatation des veines : en effet, en même temps que l'air qui est inspiré, entrent mêlés les germes des contagions qui, une fois introduits, ne sont pas rejetés avec la même facilité par l'expiration qu'ils ont été absorbés par l'inspiration; puis ils s'agglutinent aux hu-

et venis, et arteriis in majores, et ab his in alios, sæpe etiam usque ad cor. Unus penetrationis modus est per propagationem et quasi sobolem : prima enim seminaria, quæ adhæserunt e vicinis humoribus, ad quos habent analogiam, consimilia sibi alia generant, et propagant, et hæc alia, donec tota humorum massa et moles afficientur. Alius modus est per attractionem, quæ intro fit tum inspiratione per anhelitum, tum venarum dilatatione : simul enim cum aere, qui attrahitur, ingrediuntur commista contagionum seminaria, quæ, ubi introducta sunt; non eadem facilitate regrediuntur per expirationem, qua ingressa per inspirationem fuere, quoniam agglutinantur humoribus et membris, et nonnulla etiam spiritibus, qui contra-

meurs et aux organes, et quelques-uns aux esprits qui, fuyant la vue d'un élément contraire, portent avec eux leur ennemi jusqu'au cœur. — Car il ne faut pas dire (comme le disent certains) que les poisons et les contagions vont gagner le cœur et l'attaquer comme un ennemi, comme s'ils avaient de la conscience et de la volonté.

Pénètrent plus lentement les germes qui sont par eux-mêmes moins vifs, et qui sont ensevelis dans une grande viscosité, et qui ont de l'analogie pour les humeurs plus épaisses et qui ont été amenés par les veines. Pénètrent plus rapidement ceux qui ont été introduits par l'haleine et qui sont plus subtils, doués d'une plus grande vivacité et ayant de l'analogie avec les esprits. Il y a très probablement encore un autre mode de pénétration : toute évaporation se répand très facilement d'un endroit étroit dans un endroit plus ample. Or, comme

rii speciem refugientes, secum et inimicum ad cor ferunt; non enim dicendum est (ut quidam aiunt) venena et contagiones præcipue cor petere, atque aggredi, uti inimicum, quasi cognitio et voluntas iis insint.

Tardius autem penetrant, quæ per se minus acria sunt, aut in lentore multo sepulta, et analogiam habentia ad crassiores humores, et quæ per venas trahuntur, celerius autem, quæ per anhelitum, et quæ subtiliora sunt et acrimoniæ majoris, ad spiritus autem analoga. Fortasse autem et alius est penetrationis modus? omnis enim evaporatio de angusto in amplum facillime diffunditur: quare, quum minores et angustiores sint venæ, quæ circa summa sunt, majores vero continue, qua versus cor itur,

les veines de la périphérie sont plus petites et plus étroites, et deviennent plus larges en allant vers le cœur, il arrive que la contagion se diffuse très facilement des petites veines dans les grosses, où existe une chaleur plus grande, et de là est portée jusqu'au cœur, à moins que quelque chose ne s'y oppose.

Jusqu'à présent nous avons dit que la contagion qui se fait à distance se fait par un principe commun aux autres contagions et de la même façon. Nous avons dit aussi comment elle se répandait, comment elle pénétrait dans l'organisme, quelle puissance elle avait; maintenant nous allons dire par quelle nature particulière ou propre elle en diffère. Elle semble différer de celles qui infectent par le contact seul en ce qu'elles sont constituées par une combinaison puissante et visqueuse (ce que n'ont pas celles-là), et elles diffèrent de celles qui infectent par le contact et l'intermédiaire d'un foyer par une combinaison plus puissante

inde fit, ut et contagio quam facillime ex angustis venis in amplas diffundatur, ubi etiam major est calor, atque ad cor etiam feratur, nisi quid obstet. Quod igitur, et quæ ad distans fit contagio, per idem commune principium fiat cum aliis, et per eumdem modum, et quo motu feratur, et quomodo penetret, et tantam habeat vim, hactenus dictum sit: quomodo autem particulari et propria quadam natura ab aliis differat, nunc dicatur. Ab iis igitur, quæ solo contactu afficiunt, differre videtur, quod hæc in forti mistione constituta videtur et lentore quodam, illæ vero non: ab iis vero quæ fomite solo et contactu inficiunt, differunt

et une subtilité plus grande qui leur donnent une plus grande facilité pour pénétrer les corps, une plus grande puissance d'action. Peut-être aussi y a-t-il là encore pour l'organisme une antipathie non seulement de celles qu'on appelle matérielles, mais encore spirituelle, qui peut mettre en fuite les esprits et la chaleur, qui contient la juste combinaison des humeurs, ce qui fait qu'ils peuvent surtout déterminer de la putréfaction. Ce dont nous nous occuperons bientôt.

CHAPITRE VIII

DE L'ANALOGIE DES CONTAGIONS

Les analogies des contagions sont multiples et très curieuses. Il est une peste qui s'en prend aux

eæ, quæ ad distans protenduntur, quod validior adhuc mistio iis inesse videtur, et subtilitas major, propter quod et penetrant magis, et majorem actionem habent. Fortasse autem et antipathia ad animal his est, non ea solum, quæ materialis dicitur, sed et spiritualis etiam, quæ spiritus potest fugare, et calorem, qui humorum mistionem continet, propter quod et maxime potest putrefactionem inferre, de quo etiam mox dicemus.

CAPUT VIII

DE ANALOGIA CONTAGIONUM

Contagionum autem analogiæ multiplices quidem sunt, et maxime admirandæ: pestis quædam est arboribus aut satis, ani-

arbres, ou aux moissons et qui respecte les animaux. Il en est une autre qui touche les animaux et épargne les moissons, et les arbres. Parmi les animaux, celle-ci touche les hommes, celle-là les bœufs, une autre les chevaux, ou bien la contagion va respecter les vieillards et sévir seulement sur les enfants et les jeunes gens; parfois ce sera le contraire. Une autre fois les hommes seuls seront atteints, et les femmes respectées. Parmi les hommes les uns seront fatalement atteints, d'autres non. C'est ainsi que des gens vivent indemnes parmi les pestiférés, et que d'autres ne le peuvent pas.

Les organes ont aussi leur analogie. L'Ophtalmie n'atteint que les yeux. La Phtisie ne s'attaque pas aux yeux, quoique organes plus délicats, mais au poumon. Les Alopécies et les Achores se voient seulement à la tête. Pour les humeurs, la contagion sera active pour une, ou pour toute, ou pour au-

malium nulli obest; contra quædam tangit animalia, satis et arboribus parcit: et inter animalia, hæc hominem carpit, illa boves, illa equos, aut alia: sed et in eadem specie, quæ pueris et juvenibus est contagio, senum neminem lædit, et e contrario: nec quæ mares, semper etiam mulieres attingit: promiscue vero alii certas pestes sensere, alii non: et alii inter pestilentes illæsi versantur, alii non. Inter membra porro est et sua analogia. Lippitudo nulli membro nocet, nisi oculis. Phthisis vero non oculis, quanquam delicatioribus, sed pulmoni. Alopeciæ et Achores caput solum tentant. At vero et in humoribus quædam uni est contagio, alii non, quædam omnibus, aliæ spiritus præcipue perdunt: quorum omnium admiranda quædam ratio est, assimilantur

cune, d'autres tuent surtout les esprits. La raison de ces phénomènes est certainement curieuse. Mais nous la trouvons dans les causes communes que nous avons recherchées dans la sympathie, quand nous nous sommes occupés de la manière d'être de l'agent, ou de la matière, ou de son application qui fait que tous les corps n'agissent pas indistinctement sur tous les corps, mais seulement certains corps sur certains autres, corps qu'on appelle analogues. Il n'est pas dans notre intention, et il ne serait pas prudent de dire, quelles sont ces analogies particulières et propres. Qu'il nous suffise, pour le présent, si nous ne pouvons en étudier les causes propres, et très proches, d'en rechercher les causes moyennes, de tendre vers les prochaines, autant que cela nous est permis pour la matière subjective.

autem et aliis multis, de quibus omnibus diximus in iis, quæ de sympathia, ubi etiam communes causas perquisivimus, quæ vel ad rationem agentis referuntur, vel materiæ, vel applicationis, propter quæ non omnia agunt in omnia, sed certa in certa solum, quæ analoga dicuntur. Particulares autem, et proprias analogias nec institutum nostrum est dicere, nec prudentis inquirere: sat enim in præsenti sit, si non proprias et propinquissimas causas: at medias tantum sciamus, et ad proximas nitamur, quantum pro subiecta materia dabitur.

CHAPITRE IX

LA CONTAGION N'EST-ELLE QU'UNE SORTE DE PUTRÉFACTION?

Maintenant recherchons si la contagion n'est pas une sorte de putréfaction, et si toute putréfaction n'est pas contagieuse. La putréfaction paraît en effet contagieuse ou simplement ou au moins à une partie continue, mais autrement toute putréfaction n'est pas contagieuse puisque, pour entrer en action, il lui manque beaucoup de propriétés requises à cet effet. On peut se demander si la contagion consiste dans une sorte de putréfaction puisque la rage, qui paraît être une affection contagieuse, n'est pas une affection où il y ait de la putréfaction. De même pour le vin, quand il devient acide, il semble qu'il ait été touché par quelque contagion, mais non par

CAPUT IX

UTRUM CONTAGIO OMNIS PUTREFACTIO QUÆDAM SIT

Nunc illud inquiramus, utrum omnis contagio putrefactio quædam sit, et an omnis putrefactio contagiosa. Videtur autem putrefactio omnis contagiosa, aut simpliciter, aut saltem ad continuam partem: ad aliud vero contagiosa non omnis est, quoniam ad agendum multa, ut diximus, requiruntur. Omnem autem contagionem in putrefactione quadam consistere dubitationem fortasse habet, quoniam rabies contagio quædam videtur, putrefactio autem non: similiter et vinum, quum acescit, ab alio contagionem quamdam pati videtur, putrefactionem autem non, nam

la putréfaction. Car, lorsqu'il entre en putréfaction, il sent mauvais, il devient imbuvable, et le vinaigre a une certaine saveur et même résiste aux putréfactions. Et cependant ces différents phénomènes doivent être regardés comme des putréfactions : mais il faut faire une distinction dans ces putréfactions. Tantôt il se fait une simple dissolution du mixte, et une simple évaporation de l'humide, et du chaud, il ne s'ensuit aucune génération nouvelle; celle-ci est la putréfaction simple. Tantôt, en même temps que l'évaporation, il se fait une génération soit d'un être vivant organisé, soit d'autre chose qui a une forme certaine et déterminée, qui a sa combinaison à lui et son arrangement. Quand il y a putréfaction simple, il n'y a aucune génération nouvelle, il y a de la fétidité et une saveur abominable (pour les raisons expliquées dans la sympathie); mais, lorsqu'il se produit une génération quelconque, un arrangement et une

quum putrescit, tum et fœtet, et ingustabile est, acetum vero suave est, et putredinibus etiam resistit: sed certe et eæ putrefactiones quædam sunt existimandæ. Verum illud circa putrefactiones est intelligendum, quod interdum sola misti dissolutio sit, et sola evaporatio humidi, atque innati caloris, generatio autem nova nulla consequitur, atque hæc simplex putrefactio dicitur: interdum in ipsa evaporatione simul et generatio aliqua provenit aut animalis, aut alterius quod formam unam et certam habet, et mistionis rationem, ac digestionem suam. In quibus igitur simplex sit putrefactio, generatio autem nulla, et fœtor fit, et abominabilis sapor propter causam, quæ in sympathiis dicta est: ubi vero

disposition des parties pour une certaine forme, alors il n'y a ni fétidité ni goût abominable. Quand le vin se putréfie simplement, il se corrompt et devient désagréable et imbuvable. Mais qu'une génération quelconque intervienne, comme celle du vinaigre, par exemple, qu'il s'évapore ce qui est doux et aérien et qu'il reste avec beaucoup de principes aqueux, pas mal de principes terreux subtils brûlés, alors se produit ce mixte que nous appelons vinaigre, qui a sa forme, sa disposition et son arrangement des parties, et sa saveur et son odeur. Que cette production soit précédée d'une certaine putréfaction, rien d'étonnant. La preuve est que le lait et la pituite, quand ils commencent à se putréfier, deviennent aussitôt aigres. Dans la rage aussi, il faut penser qu'il se produit une certaine putréfaction après la contagion. Seulement elle est

generatio aliqua intercidit, et digestio ordoque partium pro certa forma, tum sæpe neque fœtor fit, neque abominabile quicquam: igitur et quandoque quidem simpliciter putrescit, et marcorem contrahit, et ingratum, ingustabileque est, interdum non simpliciter putrescit, sed et simul generatio aliqua sequitur, ut aceti: evaporante enim quod dulce atque aereum est, relicto multo terreo subtili adusto cun plurimo aqueo, mistum illud fit, quod acetum vocamus, cujus et forma sua est, et digestio, et ordo partium, et sapor, et odor. Quod autem præcedat putrefactio aliqua prior, declarant et lac, et pituita, quæ quum putrescere incipiunt, statim acescunt. In rabie quoque putrefactionem quamdam accidere censendum est facta contagione ab alio: latet autem nos, quoniam, quæ in vivo animali putrefactiones

latente, puisque les putréfactions qui se font dans l'organisme vivant ne deviennent pas immédiatement manifestes. Il est vraisemblable que les choses se passent ainsi puisque les chiens, quand ils sont enragés, sont ordinairement pris de fièvre. Si donc nous procédons par induction, nous concluons que, dans toutes les contagions, il y a une sorte de putréfaction. C'est aussi ce que le raisonnement nous dit, puisqu'aucune évaporation ne paraît plus apte à porter la contagion que celle qui se fait dans la putréfaction.

Nous avons dit que la contagion se faisait dans des particules qui ne tombaient pas sous nos sens. On nous demandera si ces particules sont corrompues ou simplement altérées? Nous répondrons: assez seulement pour qu'il se produise de la putréfaction; il n'est pas nécessaire que ces particules soient corrompues, mais seulement altérées, de fa-

fiunt, non admodum manifestæ sunt: verisimile est autem ita se habere, quoniam et canes, quum rabiunt, febre quadam corripi solent, Si igitur in omnes contagiones inductio fiat, omnes quidem in putrefactione quadam consistere videbuntur: quod et ratio quoque persuadet, quoniam nulla alia evaporatio aptior esse videtur ad contagiones inferendas, quam quæ in putrefactionibus fit.

Quoniam autem diximus contagionem esse in insensibilibus particulis, primo quærat fortasse quis, utrum particulæ illæ corrumpantur quidem, an alterentur solum: ad quos dicimus, quantum quidem sufficit ad putrefactionem faciendam, non necesse esse corrumpi particulas ipsas, sed alterari solum, quate-

çon que la dissolution du mixte puisse se produire, et que l'évaporation de la chaleur et de l'humidité innées se fasse. Rien cependant n'empêche qu'elles ne soient corrompues, mais cela n'est pas nécessaire pour la production de la putréfaction.

Puisque toutes les putréfactions sont aptes à porter une putréfaction semblable, au moins à une partie continue, et si toute contagion n'est qu'une putréfaction, la contagion ne sera simplement et communément qu'une putréfaction passant absolument semblable, de l'un à l'autre, soit dans un même individu, soit dans deux individus différents. Mais ce n'est pas là la vraie contagion. La vraie contagion est celle qui se fait entre deux individus différents. Si nous voulons surtout considérer la vraie contagion des maladies celle qui ne se produit pas seulement par le contact, la contagion sera alors une putréfaction passant de l'un à l'autre,

nus dissolvi mistio possit, et evaporare calidum cum humido innato, nihil tamen prohibet et corrumpi etiam, sed non necesse est, quatenus attinet ad faciendam putrefactionem.

Quoniam autem putrefactiones omnes ad continuam saltem partem consimilem putrefactionem inferre aptæ sunt, si omnis quidem contagio putrefactio est, videbitur quidem contagio simpliciter et communiter dicta, putrefactio quædam consimilis de uno in aliud transiens, sive continuum illud sit, sive diversum: verum hæc non est ea, quæ proprie contagio dicitur, sed illa quæ inter diversa versatur: quod et si etiam maxime proprie velimus contagionem considerare, quæ in morbis spectatur, et non solo contactu afficit, erit quidem contagio consimilis de

putréfaction dont les germes sont très actifs, constitués qu'ils sont par une combinaison solide et épaisse, et ayant pour les organismes vivants une antipathie non seulement matérielle, mais encore spirituelle: définition qui nous donnera la clef de tous les phénomènes qui se passent autour de la contagion.

CHAPITRE X

POURQUOI DES MALADIES LES UNES SONT CONTAGIEUSES
ET LES AUTRES NE LE SONT PAS
ET POURQUOI LES MALADIES CONTAGIEUSES SONT DOUCES

D'abord recherchons pourquoi des maladies les unes sont contagieuses, et les autres non contagieuses, et comment il se fait que les unes, quoique ardentes et graves, ne sont pas contagieuses, et que

uno in aliud transiens putrefactio, cujus seminaria actionis multæ sunt, in forti ac lenta mistione constituta, ac antipathiam ad animal habentia non solum materialem, sed et spiritualem etiam: ex qua definitione ratio omnium eorum manifesta est, quæ circa contagionem videntur.

CAPUTX

CUR MORBORUM ALII CONTAGIOSI SINT, ALII NON, ET CONTAGIOSI
CUR LENES SINT

In primis igitur cur morborum alii contagiosi sint, alii non, et quomodo fiat, ut alii, ardentiores quum sint, et graviores, nul-

les autres, plus calmes, et plus douces, sont le plus souvent contagieuses. C'est un point qui demande en effet à être éclairci. Si la contagion est liée à la force et à l'acuité, ce devraient être les maladies les plus aiguës qui devraient être les plus contagieuses. Si, d'un autre côté, la contagion est liée à l'élévation de la température (ce que beaucoup de médecins pensent), il semblerait vraisemblable que les maladies les plus ardentes, les plus chaudes, devraient être les plus contagieuses. Si enfin la contagion est liée à une grande putréfaction, comment se fait-il que, dans beaucoup de maladies où existe une grande putréfaction, la contagion ne se produise pas? Mais, dans les maladies où il n'y a pas de putréfaction, il ne se fait jamais de contagion puisque, comme nous l'avons dit, la contagion ne peut se produire sans une certaine putréfaction. Celles dans lesquelles se fait la putréfaction, ont, comme

lam tamen inferant contagionem, alii vero placidiores, mitioresque existentes contagiosi plurimum sint, queramus: quod certe dubitationem quamdam habet: si enim contagio vim et actionem sequitur, qui acutiores sunt morbi, viderentur magis contagiosi: si vero adustionem sequitur contagio (ut multi medicorum putant) similiter viderentur, qui ardentiores sunt, contagiosi magis, quod si putrefactionem multam sequitur contagio, in pluribus quidem multa putrefactio fit, contagio autem nulla. Ergo morborum quicumque absque putrefactione fiunt nulli quidem contagiosi sunt, quoniam, ut dictum est, contagio non sine quadam putrefactione sit: in quibus vero putrefactio contingit, requiri quidem acumen dicimus, si contagio sequi debet, sed non sufficit

nous disons, de l'acuité si la contagion doit s'ensuivre; mais l'acuité et la puissance d'action ne sont pas seules nécessaires; il faut encore de la viscosité et, comme nous l'avons déjà dit, une combinaison solidement et puissamment élaborée. De même la contagion n'est pas liée à l'élévation de température; mais, si la température devient très élevée dans les affections contagieuses, c'est plus la conséquence que l'origine de la contagion. De même la contagion n'accompagne pas toute putréfaction, quoique celle-ci soit très étendue et ait atteint une grande quantité d'humeur, mais seulement la putréfaction dans laquelle puissent se faire des germes d'une combinaison solide et épaisse. Parmi les fièvres, beaucoup sont très ardentes, telles celles qui viennent de la bile; mais elles consistent dans le sec, d'où s'évaporent des particules qui ne peuvent devenir des germes de contagion pour d'autres, soit que leur composition soit débile,

acumen solum, et potentia agendi, verum et lentor quoque; requiritur, et fortis atque; elaborata mistio ut dictum est. Similiter neque adustionem sequitur contagio, sed, si qua in contagioninibus adustio accidit, illa sequitur magis, quam origo contagionis sit. Nec similiter omnem putrefactionem sequitur contagio, quanquam larga sit, et multi humoris, sed ea solum, in qua seminaria fieri possint, quæ et mistionis sunt fortis, et in lentore constituta. Febrium igitur multæ ardentissimæ sunt, ut quæ è cholera, sed in sicco consistentes, e quibus quæ evaporant particulæ, seminaria esse non possunt contagionis in alio, sive quod mistio earum debilis sit, sive quod non adhæreant, et aggluti-

soit qu'ils n'adhèrent pas et que leur sécheresse ne leur permette pas de s'agglutiner. Au contraire toutes celles qui sont le siège d'une putréfaction sordide et bien close, celles-là engendrent des germes propres à porter la contagion; et j'appelle putréfaction sordide celle dans laquelle la putréfaction n'est pas superficielle et dont l'évaporation, qui est corrompue et profonde, est repandue partout; j'appelle putréfaction close celle dans laquelle ne s'échappent ni ne s'en vont les particules qui s'exhalent et s'évaporent, mais, bien enfermées, sont longtemps agitées d'une certaine façon et épaisses et visqueuses, sont mêlées si bien, qu'il se produit une combinaison solide et glutineuse.

Les maladies contagieuses paraissent douces, principalement les fièvres contagieuses, parce que, chez elles, il se fait une putréfaction profonde dans laquelle s'évapore beaucoup d'humidité, ce qui amène de la viscosité et émousse l'acuité. Dans les

nentur propter siccitatem: at quæcumque sordidam habent putrefactionem,, et conclusam, illæ seminaria gignunt ad inferendas contagiones idonea: sordidam autem dico putrefactionem, in qua non fit superficialis putrefactio, et evaporatio ejus, quod putrescit, sed profunda et ad totum: conclusam autem voco, in qua non abeunt, et exhalant, quæ evaporant, particulæ, sed quodammodo conclusæ bene ac diu agitantur, et miscentur lentorem quidem habentes, sic enim et fortis fit mistio et glutinosa: lenes autem apparent contagiosi morbi, precipuæ febres, quæcunque contagiosæ sunt, propter id, quod profunda fit putrefactio, in qua multum humidi evaporat, quod tum lentorem inducit, tum

fièvres où l'acuité et la chaleur dominent, les particules les plus superficielles s'évaporent chaudes et sèches, ce qui fait qu'elles ne sont pas contagieuses.

CHAPITRE XI

LES ANALOGIES ET LES DIFFÉRENCES DU POISON ET DE LA CONTAGION

